

Band III., Nr. 926, Seite 428

Die drei Brüder Konrad die Fürsten vollziehen eine von ihrem Vater Konrad angeordnete Schenkung an das Kloster Salem für seine Beisetzung in demselben durch Übergabe ihres Gutes in Balgheim unter Zustimmung ihrer Mutter Udelhild.

Konzenberg, 1239.

Cunradus et Cvnradus itemque Cvnradus, Cvnradi quondam Furstonis filii, omnibus, qui scriptum presens viderint vel audierint, geste rei noticiam. Notum sit, quod, cum pater noster, pie memorie, Cunradus Fursto, in extremis laborasset, apud monasterium de Salem propter longam familiaritatis amicitiam, quam cum eodem monasterio contraxerat, sepulturam elegit, et cum amicis nostris, qui circa ipsum erant, ordinavit, ut pro anime sue remedio predium honestum eidem monasterio traderetur; quod ipse morte iam urgente consummare non poterat. Defunctus igitur apud prefatum monasterium honorifice est tumulatus, propter concursum vero et occursum amicorum nostrorum, qui vocati copiose ibidem convenerant, monasterium graves sustinuit expensas. Nos igitur de consilio amicorum nostrorum, et maxime avi nostri, domini Hainrici de Wartinberc, per quem omnia nostra negocia potissimum gerebantur, tum pro remedio anime patris nostri, tum pro expensarum illarum restauratione, prefato monasterio predium nostrum quod habuimus in Balgehein totaliter cum omni iure suo tradidimus perpetuo possidendum. Sed et mater nostra, domina Vdelhildis, cui idem predium attinebat eo iure quod vulgariter Morgingabe nominatur, suadente patre suo, avo nostro, iuri suo in eodem predio renunciavit et manu sua nobiscum illud tradidit. Bona quoque fide ac rata pollicitatione promisimus, quod omnem questionem seu impetitionem, que super eodem predio a quocumque hominum forsitan mota fuerit, sepredicto monasterio nos omnino sopiemus et pro monasterio respondebimus. Venerabilis quoque Eberhardus abbas suusque conventus de Salem reddiderunt nobis hūbam unam in Wigeher¹ sitam, quam pater noster longe ante, cum adhuc sanus esset, pro solatio anime sue et pro quodam dampno, quod ipsis intulerat, donavit.

Acta sunt hec in castro Cvnzenberc, anno verbi incarnati M^o. CC^o. XXX^o. VIII^o., presentibus hiis H. de Wartinberc avo nostro, Vlrico subcellerario de

¹Lies „Wigehein“ ? Weigheim.

II

Salem, Walthero grangario, C̄vnrado converso, Livtfrido plebano de Nendingen, Gerone de Waltinsein², Bilgerino de Tutelingin, Hvgone de Meringen, Vlrico de Steinh̄vsen³, C̄vnone et fratre suo Hainrico, C̄vnrado clerico et medico de Meschilh. Sigillum autem patris nostri ob firmius robur gestorum huic pagine appendimus.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Ein anhängendes, dreieckiges rotes Siegel von Malta zeigt einen schräg rechts auf vier Felsenspitzen aufwärts rennenden Hirsch und die Umschrift: *Sigillum . C . PRINCIPI . . . HIRZECCHE* (die E gerundet).

²Laut WUB unermittelt. Kommt nach Auszug bei Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 3, S. 479 auch in den Salemer urkunden von 1253 und 1267 vor. Die Deutung auf Waldenstein ist unzulässig. Wahrscheinlich die Burgruine Walterstein bei Kolbingen.

³Unbestimmt, welches.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

4/6566; 67/1163 S. 91 f. Nr. 85

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konzenberg

Aussteller:

Konrad; Fürst

Ortsindex:

Balgheim Wohnplatz (14013)

Balgheim, TUT

Konzenberg Wüstung (23435)

Konzenberg, Wurmlingen, TUT, W

Meßkirch Wohnplatz (21186)

Meßkirch, SIG

Möhringen Wohnplatz (14191)

Möhringen, Tuttlingen, TUT

Nendingen Wohnplatz (14192)

Nendingen, Tuttlingen, TUT

Schloss Salem : Salem FN

Schloss Salem Wohnplatz (18257)

Tuttlingen Wohnplatz (14194)

Tuttlingen, TUT

Waldenstein Wohnplatz (1557)

IV

Waldenstein, Rudersberg, WN
Walterstein Wüstung (23413)
Walterstein, Kolbingen, TUT, W
Wartenberg Wohnplatz (14073)
Wartenberg, Geisingen, TUT
Weigheim Wohnplatz (13980)
Weigheim, Villingen-Schwenningen, VS